



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXXIV. Markgraf Ludwig verleiht an Helmwig Buck Hebungen in Warnitz für Zahlungen, die er an Hasso von Wedel für den Markgrafen gemacht und für Verluste, die er im Kriege mit Braunschweig erlitten ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

nostra, magnificorum principum Lúdvici Romani et Imperatoris (sic) et Ottonis, Marchionum Brandenburgenſium, fratrum noſtrorum kariffimorum, et omnium officiatorum ac aduocatorum noſtrorum, preſencium et futurorum, deſtitutione ſeu depoſicione cuſtodire et regere debeant fideliter, velud predictus Noppin et ceteri cuſtodes predicte merice, ipſorum antecellentes, ipſam cuſtodire et regere conſueuerunt et prout eciam nobis ſuper eo voluerunt reſpondere. Debeant eciam predictus Bernhardus et ſui heredes deriuacionem et fructus annuos, nobis et premiſſa merica competentes ac deriuari potentes, ſingulis annis ſine diminutione qualibet preſentare. Fructus vero, deriuaciones, ſeu iura ſolita ſeu ſolitos, debita ſeu debitos, predicto Bernhardo et ſuis heredibus ex preſentata merica, ſicut noſtris cuſtodibus ejuſdem competentes ſeu competencia, ſine premiſſorum fratrum noſtrorum, noſtro et officiatorum noſtrorum quorumlibet obſtaculo debitis et ſolitibus temporibus percipere poterunt, et commode ſuis vſibus applicare etc. In cuius etc. Teſtes Wolffteiner, Haſſo ſenior, Hen. de Vchtenhagen. Datum in ciuitate Monckeberch, Anno M^o. CCC^o. XLVIII^o., in die Simonis et Jude apoſtolorum.

Aus Hadwig'scher Abſchrift.

LXXXIV. Markgraf Ludwig verleiht an Helmwig Buch Gebungen in Warnitz für Zahlungen, die er an Haſſo von Wedel für den Markgrafen gemacht und für Verluſte, die er im Kriege mit Braunſchweig erlitten hat, am 1. Januar 1349.

Nouerint etc., quod nos etc., contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuo viro, Helmwigo dicto bucs, fideli noſtro dilecto, ſuiſque veris et legitimis heredibus, X fruſta cum dimidio annuorum reddituum, in precaria annone, denariorum, carniſium et pullorum ville noſtre warnitz ſita, cum ſingulis et vniuerſis pertinenciis premiſſis fruſtis et redditibus ex debito uel ex jure pertinentibus pro quibus noſtri nomine ſtrenuo viro, Haſſoni, ſeniori de wedel, fideli noſtro dilecto, in LIII marcas argenti brand. ſatiſfecit, ſub modis, formis, juribus et honoribus, quibus premiſſa hactenus poſſedimus, in antea debito pheudi titulo a nobis perpetuis temporibus quiete et pacifice ſine inquietacione qualibet poſſidenda. Conferentes eciam prenotato Helmwigo et ſuis veris legitimis heredibus pro dampno, quod in equis in ſeruicio perceperit, noſtro ſtante diſcordia, cum duce Brunſwicenſi quondam in Marchia habita, XII manſos, II tabernas, cum coſſatis eoſdem manſos et tabernas ſpectantibus, in eadem villa warnitz ſituata, ſub modis, formis, juribus et honoribus, quibus quondam fidelis noſter dilectus Thid. dictus Schecker, piememorie, prenotatos manſos, tabernas et coſſatos a nobis in pheodo poſſedit et tenuit, in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidenda, iudicio ſuper bonis vaſallorum noſtrorum in premiſſa villa reſidencium noſtris vſibus reſeruato. In cuius etc. Teſtes Lud. de Wedel, Wolffteiner, Bombrecht, Haſſo de Valkenburg, Th. Brederlow, milites, Hen. de Vchtenhain, Wolff. Datum Noue Berlin, Anno M^o. CCC^o. XL nono, die circumſionis domini.

Aus Hadwig'scher Abſchrift.